

8  
255





zu 005

O. i. 840 (1-101).



DE  
EXCEPTIONI-  
BUS PROPOSITIONES

AD QVAS,  
DIVINO NUMINE ASPIRANTE, PRAE-  
SIDIBVS CLARISS. AC CONSULTISS. VIRIS D.  
Ioanne Michaelis Cronenburgero, Dictatore, & D. Io-  
anne Hollandt, Fisco, SS. LL. Licent. in florentif-  
simo inclytæ Coloniensis Academiae Iuri-  
dicæ facultatis Collegio, publi-  
cè respondebit.

ANDREAS *Kipp*  
EINBECENSIS.

*pridie non. Febr. Anno*  
*CI<sup>o</sup> IS<sup>o</sup> XCIII.*



COLONIAE AGRIPPINAE *Kk*  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

890



CONTINUATIO

... in de ... res ... postulat ... de ...

THESIS I

Expositio ... an ...

Expositiones ...

... de ...



## CONTINUATIO.

**U**m de actionibus sufficienter haecenus dictum (a) usque aetores, tanquam armis (b) instructi sint: iusti nunc ordinis ratio postulat, ut ad Reos, qui hisce armis pulsantur, transeamus & de exceptionibus, quae & alias praescriptiones appellantur, (c) Reorum defendendorum gratia comparatis, (d) despiciamus. (e)

(a) Cuiac in parat. ff. h. t. (b) Sunt enim actoribus loco armorum. Gl. in princ. Plat. nu. 1. in prin. Ang. §. 1. num. 1. Inst. h. n. tit. (c) l. qui agnitis 11. l. pen. ff. h. t. quod & satis arguit vis particulæ SE V, cuius ea natura auctore Cicerone, ut easdem omnino res proponi delectet, quemadmodum videre est in hisce inscriptionib. Catb maior seu de Senectute. Lelius seu de Amicitia. Vide Donell. in proem. C. h. t. num. 15. Zang. verf. comparare nu. 16. vbi multos allegat textus. Cuiac. in parat. C. h. tit. Contra Alc. de quinquen. praed. praescrip. tomo tertio nu. 16. (d) §. 1. Instit. l. 2. ff. h. n. tit. (e) Donell. d. loco num. 11. Zas. in proem. ff. h. n. tit.

## THESIS I.

**E**xceptio (a) dicta quasi quadam exclusio, (b) quae actioni cuiusque rei opponi solet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemve. i. sententiam deductum est. (c)

(a) varium huius vocis usum, diuersasque significationes, vide apud VVesemb. Supple. ad Schneid. nu. 2. C. h. t. (b) vi potius quam voce considerata, simile videre licet in l. 1. ff. de iureiur. (c) Vip. l. 2. 6. ff. h. t. Zasius ibidem nu. 3. Donell. d. loco nu. 3. Zang. d. verf. comparatè nu. 10. & 11.

### II.

Exceptionum, quaedam sunt Peremptoriae siue Perpetuae: quaedam Dilatoria seu Temporales, (a) Communis illa diuisio qua alia iuris, alia intentionis seu facti dicuntur, inueteratus Dd. est error. (b)

(a) Plures diuis. vide apud Rebuff. Declar. except. Ang. Instit. per tot. VVes. C. h. tit. nu. 7. Vult. Jurispr. Rom. lib. 2. cap. 30. l. 2. ff. h. t. l. 19. C. de probat. VVes. Borch. §. appellantur nu. 4. Inst. h. t. (b) Glos. & Dd. comuniter ad d. l. 2. contra Zas. ius in l. exceptio. nu. 9. cum seq. ff. h. t. Don. d. loco.

### III.

Perpetuae & peremptoriae sunt, (a) quae semper locum habent, nec euitari possunt, & rem de qua agitur, vnde etiam nomen acceperunt, (b) perimunt.

(a) d. l. 19. vbi Sichard. nu. 3. d. l. 2. §. fin. §. perpetuae Inst. h. t. (b) VVes. d. lo. n. 4. vide textum l. Et tertium 70. ff. de iudicijs.

### IIII.

Haec duorum sunt generum, alia enim naturalem & ciuilem obligationem simul perimunt,



unt, vt SC. Velleiani &c. Alia ciuilem tantum extinguunt, vt SC. Macedoniani, & Rē  
Iudicata. &c. (a) Priores qui habent, si quid per errorem soluerint, condicere possunt; non  
etiam qui posteriores. (b)

(a) Spec. d. lo. de excep. §. dicto, vers. & vt plenius Angelus in Rub. Instit. h. t. Rebuffus  
d. lo. diuisio 30. Borch Instit. d. §. appellatur, h. n. t. (b) l. qui exceptione 40. & ibi Dd. l. Ius  
dex 28. l. Iulianus 60. de condict. indeb. l. item filiusfam. §. fin. ad Maced.

## V.

SC. Velle. excep. foemina, qua pro alijs intercedentes alienam in se transferunt obliga-  
tionem, tute sunt, (a) earumq; deinceps heredes, mandatores, &c. (b)

(a) l. i. in prin. ad S. C. Vell. V Vef. parat. ff. num. 2. cod. (b) V Vefemb. in parat. ff. ad S. C.  
Vell. num. 4. l. si fideiussores 6 l. 30. §. procurator, h. t.

## VI.

Huic exceptioni, An mulier renuntiare possit, ita vt postea inuita etiam ab hac exce-  
ptione excludatur, hoc loco non inconuenienter queritur? (a) Quod sub distinctione (b)  
placet.

(a) Sichard. ad rubr. C. de SC. vel l. iubemus 21. cod. Costal. l. ii. ad SCtum Macedonia.  
V Vefemb. ff. n. 9. d. tit. Gomez var. resol. tom. 2. c. 13. num. 17. (b) Iasonis, in l. sciendum  
de verb. oblig. num. 43. Ang. Instit. §. Item si, num. 72. l. antiquæ §. non autem, l. si mulier  
C. h. t. vide Bart. l. fin. C. d. t. Duar. h. tit. c. 2. §. sextus casus. Andreas Gail pract. obsil. 2. obs.  
17. Sichard. ad principium d. tit. nu. 10. & 14. Cast. d. l. fin.

## VII.

Exceptione SC. Macedoniani mutuas siue aduersus filium (a) ipsum, qui contra SC.  
Macedonianum mutuam pecuniam accepit: tam in potestate adhuc constitutum, quam eo  
solutum: siue patrem, fideiussorem, heredemve, agat, excluditur: (b) nec refert vtrum vti-  
liter pecunia consumpta, vel luxuriose deperita sit. (c)

(a) vtriusque sexus l. sed si 9. §. hoc SCto vbi glo. & Bart. l. si filius. 6. C. ad SC. Maced. si  
tamen non sit naturalis vel spurius. Sich. ad prin. cod. Cuiusve etiā dignitatis, l. i. §. fin. ff.  
d. tit. Gl. d. l. si filius l. si filiusf. 7. vbi Pet. Rauē. verb. miles, Cont. auth. const. qua digni-  
tas, §. nunc à collat. 6. (b) l. si filiusfam. §. i. l. si pat. §. non solum, l. sed Iulianus §. quanquā  
autem ff. d. tit. §. fin. Inttit. cod. Cast. in l. i. cod. (c) d. l. sed etsi præterfam. 9. §. Hoc SCto, &  
ibid. glos. Sich. d. num. 4. Bald. l. Macedoniani §. nu. 3. C. cod. Costa. d. l. si filiusfam. §. si fil-  
liusfa. Ias. l. qui except. nu. 2. de condict. indebit. Cont. Zas. sing. Ref. c. 24.

## VIII.

Num autem quemadmodum mulier Velleiani SCti exceptioni, sic filiusfa. Macedonia-  
ni renuntiare possit dubitatur? (a) Et ne quidem cum iuramento (b) LL. rationibus fre-  
tus, affirmo. (c)

(a) Bald. in Rubr. tit. ff. de iureiur. Dd. præcipuè Saly C. ad SCtum Macedo. Panorm.  
in c. si diligenter nu. 9. & 10. cum glos. ext. de foro comp. Iacob. Butreus in tract. renunc.  
benef. SC. Macedon. &c.

(b) vide



(b) vide Bart. l. si quis 10. ff. de fideiuss. (c) in add. ad Spec. t. de sent. probat. §. vt autem, ver. sed pone Panorm. in cap. cum contingat num. 12. ext. de iureiur. per d. cap. si diligenter, c. contingit, extr. de sent. excomm. reprobatur enim iuramentum cum potest esse occasio peccati, arg. c. cum omni, de vita & honest. Clericorum, c. nam concupiscit, ext. de confit.

### IX.

*Rei iudicata autem exceptio ut locum habeat tria (a) potissimum requiruntur, nempe, ut eadem res posteriori (b) iudicio petatur, qua priori petita, in rem iudicatam transierit; deinde ut inter easdem personas controuertatur, (c) postremo, ut ex eadem causa agatur. (d)*  
(a) l. cum de hoc 27 ff. de ex. p. rei iud. Zang. §. Item si in iudicio §. n. 4. Lag. in meth. iur. ciuilis, part. 4. cap. 71. (b) Nam si alia, exceptio non nocet, l. si cum argentum 21 d. tit. Quid autem sit eadem res, ex l. cum quaeritur 12. & duab. ll. seqq. l. si quis ad exhibendum 18. ff. e. cognoscitur. (c) l. 3. l. & an eadem in prin. & §. 2. l. euidenter 16. cum similib. ff. eod. l. 2. & t. t. C. quib. res iud. non noc. (d) l. de eadem §. l. si mater 11. §. eandem 4. d. l. Et ante eadem 14. in prin. ff. d. tit. l. si deposita 4. C. depositi, l. in bonae 13. C. de usuris, l. si quis cum totum 7. §. de fructib. ver. plane, §. generaliter 4. & seq. l. 19. l. 3. C. ad exhibendum, vbi Siche. nu. 3. & 5. Menoch. in arbit. lib. 2. cent. 5. casu 439. nu. 1. & seq.

### X.

*Temporales (a) atq; dilatorie sunt quae non semper locum habent sed evitari possunt. (b) quarum nonnullae ad ipsam causam pertinent; nonnullae ad iudicium & litigatores. (c)*

(a) Sic dictae quod temporis dilationem tribuant, §. appellantur, Inst. h. n. t. (b) §. Temporales Inst. d. r. l. exceptiones 3. ver. temporales, vbi etiam Ias. §. fin. nu. 6. V. Vef. in parat. nu. 7. ff. eod. (c) Zas. d. l. exceptiones nu. 8. Siche. d. l. exceptionem nu. 4. & 5. Alth. lib. 2. Iur. r. Rom. cap. de exceptionib. 26. Vult. lib. 2. eod.

### XI.

*Ad causam, Praiudiciales siue praiudicia, quibus nimirum reus ita excludit agentem ut dicat praiudicium per aliquod nouum iudicium quod aduersarius molitur, principalio-ri actioni fieri non oportere. (a)*

(a) l. fundum 16. l. fundi 18. ff. h. t. l. 1. §. 1. fam. hercisc. Cuiac. ad d. ll. tract. ad Afr. 9. & lib. 5. obs. 37. V. Vef. hic num. 5. in fin.

### XII.

*Item exceptio plus petitionis, (a) pacti conuenti, (b) litis pendens, (c) libelli obscuro, (d) spoli. & c. (e)*

(a) §. si quis agens, Inst. de act. iuncto §. temporales, h. t. (b) de non petendo intra certum tempus, d. §. temporales, d. l. 3. cū Glof. (c) Old. in enchrydio except. pag. 60. (d) Alexand. l. 1. de edendo l. edita C. eod. Marian. c. 2. libell. obl. Secus in inepti, ex notabili capitulo cum Paulus 1. quaest. cap. fin. de presbyt. non bap. (e) c. 1. post prin. de rest. spol. in 6.

### XIII.

*Ad iudicium & litigatores spectant exceptiones incompetencia seu fori, (a) Prauen- sianis, (b) recusationis iudicis, (c) & legitimacionis personarum, & c. (d)*

(a) l. pen.



(a) l. pen. & ult. C. h. tit. (b) l. si posteaquam 7. vbi Bald. de iudic. e. proposuisti vbi re. de foro comp. Marant. p. 6. nu. 26. h. Gail lib. 1. obs. obs. 29. num. 5. Ioan. Zangerus in tract. de except. fol. 82. (c) c. suspitionis 39. de off. deleg. c. licet 10. in fin. c. si quis contra Cleric. de for. comp. (d) vide Zang fol. 129.

#### XIV.

Opponi possunt exceptiones quibuscunque verbis, in scriptis, Viua voce, ita tamen vt exceptionem Reus patefaciat: (a) Nam si forte ignorantia vel negligentia lapsus non exseperit, Iudex factum eius non supplebit. (b)

(a) V Vef. in parat. ff. nu. 9. & C. num. 8. Bart. l. scire §. oportet. per tex. ibi de excus. tut. Zaf. & Dd. in d. l. i. ff. h. r. nu. 22. l. itaque 48. de procur. l. qui pendentem 25. de act. emp. Rebuff. in declarat. excep. nu. 13. (b) Castr. in l. vnica C. vt qua. def. aduoc. nu. 4. Schneid. Inst. h. t. nu. 8. Rebuff. d. loco nu. 30. Petr. Greg. in syntag. lib. 40. c. 10. n. 3. Guido papa decis. 221.

#### XV.

Tempus autem praestitutum est non idem omnibus exceptionibus. (a) Perpetua siquidem quocunque tempore, sed plerunque post litem contestatam, ante sententiam tamen obijci debent. (b)

(a) vide sup. th. 3. (b) Dd. in c. 1. de lit. cont. in 6. l. 4. l. 8. & l. 9. C. h. t. Lag. part. 5. d. c. 14. per tot. Azo in sum. C. h. t. nu. 9. Zaf. in l. 2. nu. 16. ff. h. r. l. peremptorias C. sent. resc. non post. Gail 2. obs. 17. num. 8. & 9. & 1. obs. 16. num. 6. Molin. in conf. Paris. tit. 1. §. 40. num. 3. mih. pag. 585. Rebuff. in constit. Reg. art. 1. Glos. 1. nu. 24. Coraf. in l. 1. C. de iur. & fact. ign. nu. 4. & seqq.

#### XVI.

Quaedam etiam ante litem contestationem obiecta litem ingressum impediunt, & totam controuersiam tollunt: vt sunt rei iudicata, Iurisiurandi, transactionis & praescriptionis, Idque nisi altiore requirant indaginem. (a)

(a) c. 1. de litem contest. in 6. V Vef. in parat. h. t. Vide Iaf. in l. Nam & postea nu. 13. & seqq.

#### XVII.

De dilatorijs ita statutum est, vt in initio litem (a) opponantur. Quod aded verum est, vt si quis Aduocatus inter exordia litem praetermissam dilatoriam praescriptionem postea voluerit exercere, & de huiusmodi opitulatioe summotus, nihilominus perseuerauerit, atque praepostere defensionem instituerit, vnius librae auri condemnatione multetur. (b)

(a) Bald. in l. ita demum C. de procur. nu. 1. V Vef. in parat. nu. 9. C. h. t. Lag. in meth. p. 5. c. 14. per tot. Petr. Greg. in Syntag. lib. 21. c. 17. num. 13. De recenter ortis, vide c. pastoralis ext. & c. 1. vers. prouiso. in 6. h. t. Felyn. ibidem & Abb. Panorm. Hoff. in sum. nu. 3. Hypp. de Marf. de Fideius. nu. 25. (b) l. 12. si quis C. h. t. Bald. Sal. Azo, ibidem.

#### XVIII.

Sed an ne dilatoria solutionis post litem contestatam recte ad duplicandas inducias obijcitur? Non reor. (a)

(a) Mynf.



(a) in §. si quis agens, vers. sed hæc Inst. de act. l. exceptionem, C. de probas.

### XIX.

*Declinatoria autem si cum hisce (a) concurrat, opponenda omnium prima erit: (b) inde & frequens, Quatenus & in quantum, protestatio. (c)*

(a) sup. thes. præced. (b) Rationes vide apud Zas. d. l. exceptionem. (c) Sich. l. sancimus 13. C. de iudicijs nu. 6. Gail. lib. 1. obs. 44. n. vlt.

### XX.

*Sed queritur num huiusmodi exceptiones ad processum impediendum opposita & à Iudice reiecta lite non contestata in vim peremptoriarum denuo obijci possint? Si plene de ijs iudex cognouit illud fieri non potest. (a)*

(a) Iason in l. Nam & postea nu. 20. ff. de iurciur.

### XXI.

*Anomalias exceptiones nullas agnosco, sed omnes ad diuisionem thes. 2. positam refero: tales censentur; Ordinis, (a) dubia, (b) competentia, (c) non numerata pecunie, (d) que posterior vti frustra refutatur, (e) (quemadmodum & vulgaris illa competentibus competituris). (f) ita neque naturaliter est obligatus licet statutum excipiendi tempus effluxerit. (g)*

(a) rectius dilatoria cum differat, nõ perimat act. vid. auth. de fideiuss. per tot. Zas. d. §. fin. num. 16. glos. anom. vocat, quæ communiter à Dd reprobatur. Bart. d. l. 3. nu. 6. vbi vide eleg. addit. Ideoque si conuentus ante non obijciat, lite contestata, ea vti non poterit, cum & ipso iure prius conueniri poterat. Iure nostro, C. de fideiuss. vide Salic & Cyn. in d. auth. prolixè. Schneid. tit. de fideiuss. §. si plures nu. 14. Cessionis autem peremptoria, l. si fideiussores 41. ff. d. r. vt & Diuisionis quia lite pendente locum habet, Dd. com. d. l. exceptio 3. vbi & Zas. in fin. (b) Perpetua, l. sufficit, C. de condict. indeb. Zas. nu. 4. d. §. fi. (c) Ex communi Dd. sententia temporalis, quia non præsumitur, nec verisimile est omnes successores fore egenos. (d) Temporalis, §. 1. Instit. lit. obl. §. idem juris Instit. h. n. t. vbi Borch. Zas. in d. l. exceptio nu. 3. (e) Omnino, vt Ias. in l. qui pecuniam ff. de p. actis num. 2. etiam si dixisset se in instrumento non scripsisse spe futuræ numerationis: imò ne iuramento huic exceptione renunciari potest. Ias. d. l. nu. 6. tex. express. in d. l. indubitati iuris. Vide Tyraq. tract. const. 3. part. 7. lim. nu. 3. 4. vide Dd. in d. l. 16. Bald. in prælud. feud. Sich. d. l. fin. nu. 6. (f) sed et si quis §. qui si quis caut. Ibidem Dd. (g) l. obligationum fere, ff. de obligat. & act. maiores tamen accipit vires, quam communem dicit Schneid.

### XXII.

*Sicuti nemo exceptionibus vti prohibetur diuersis, (a) ita nec excipiendo litem contestari, (b) nec aduersarij intentionem approbare siue confiteri videtur. (c)*

(a) l. nemo prohibetur h. t. Dyn. c. nullus pluribus 26. R. l. in 6. nu. 8. quando cõtrarijs ib. & quomodo Abbatem c. Pastoralis 4. de except. nu. 19. l. Nemo: verbo. Nisi Lex. R. Iur. Didac. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 3. nu. 3. Cast. l. 4. nu. 2. C. vsu. pro dotel. is qui dicit §. h. tit. Vide omnino Glos. l. 9. C. h. t. lit. n. Menoch. de præsump. lib. 2. præsum. 42. num. 8. & 10. (b) Sich. l. vn. C. de litis contest. nu. 11. VVes. ibid. nu. 8. Refert ad contrar. (c) l. 9. non vtiq; h. t. text.



h. text. exceptionem 63. l. 2. exceptio h. t. ibi excludunt, thes. i. sup. e. cum venerabilis  
de except. Felin. d. c. col. 4. vers. an & quando. Angel. d. Rubr. Inst. nu. 20. Abbas c. venera-  
bilium d. t. vid. Zas. d. l. non utique nu. 3. Glos. d. l. VVes. h. t. n. Quomodo ista rei positio  
formanda; Ne præsumptio iuris & de iure contra militet vid. Zas. d. l. num. 3.

### XXIII.

*Actionem quemadmodum excludit exceptio, ita exceptionem replicatio, replicatione  
rursus duplicatio, & sic deinceps multiplicantur nomina dū aut actor aut reus objicit. (a)  
Hisce tamen modus in Camera impositus, ne in dilatorijs ultra duplicationem, & in per-  
emptorijs ultra triplicationem procedatur. (b)*

(a) l. 2. exceptio & ib. Zas. nu. 20. l. 3. C. d. tit. §. 1. Inst. Replicat. & ib. Zang. VVes. ff. d. tit.  
nu. 3. C. nu. 15. l. 22. ib. Zas. nu. 3. h. t. Hart. Pist. in feud. quæst. 9. nu. 37. Alciat. V. S. l. 8. tom.  
1. nu. 6. cum seqq. Vend. Schill. de excep. pag. 517. (b) Ordinat. Cam. 22. §. Wo aber / & tit.  
29. in fin. part. 3.

### XXIV.

*Replicationem verò non ad modum MERAE exceptionis perennem perpetuam, sed  
ut actionem, ex cuius visceribus deducta, fatalem esse concludo.*

l. Pure §. si. excep. dol. l. licet unde vi. C. h. t. Cum Gl. Bar. Bal. Saly. ib. Zas. d. l. exceptio  
nu. 21. 22. VVes. parat. ff. h. t. nu. 12. C. d. t. nu. 3.

## CORONIS.

*Non numeratæ pecuniæ exceptionem strictè, contra VVesemb.  
Instit. lit. oblig. verb. constitutionem, accipiendam, defendere cona-  
bor.*



153255

AB: 153255

(X2203998)

K






*De legibus et constitutionibus Imperatorum*







B.I.G.

Farbkarte #13



# DE EXCEPTIONI- BUS PROPOSITIONES

AD QVAS,  
TINO NUMINE ASPIRANTE, PRAE-  
BUS CLARISS. AC CONSULTISS. VIRIS D.  
ne Michaelis Cronenburgero, Dictatore, & D. Io-  
ne Hollandt, Fisco, SS. LL. Licent. in florentif-  
fimo inelytæ Coloniensis Academiae Iuri-  
dicæ facultatis Collegio, publi-  
cè respondebit.

ANDREAS *Ripp*  
EINBECENSIS.

*pridie non. Febr. Anno  
C13 13 XCIII.*



COLONIAE AGRIPPINAE **Kk**  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



890

